Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26825
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Incipit prefacio s. Ieronimi pri.

Dormitionem beate paule matris
eustochii pari celebrem affectu.
Que cum esset ex nobilissimo sena
torem genere abrenuntians seculo
& opibus suis in pauperes erogatis.
Christi consecuta est paupertatem & apud bethlehemiticum
oppidum dominica natiuitate gloriosum monasterii
uirginalis extitit mater. Huius uitam uirtutibus admi
randam sanctus Hieronimus scribens testatur eam longo co
ronatam esse martirio & felicem laborem felici terminas
se finem.

Incipit [illegible] Paulae.

Tempore quo Christi membra
hostis intra premebat.
seua fuerat fidelibus or
ta tempestas. Iam enim
infiniti aggeres martirum
per totum mundi alueum.
sua defendant loca. illudque solum desidia presserat
membrum. quod non illustrauerat memorie sanctorum. Sed cum bri
cius ex precepto diualiu suorum iussa portaret. ut aut
christianos subiugaret idolis. aut rabido in illos quos
posset fureret dente. mox ut nicomediam tetigit
ciuitatem. Iouis & siluano libamina fudit. in illum
apamia ueloci cursu suscepit. ibique Iouis & apollini
sacrificia misit. Putares pestiferum nunquam posse ius
sa affectibus mancipare. nisi tot sibi munibus demones
complacaret. ilico illum cesarea matutinum excepit.
ibique octo diebus demoratus est sacrificans. & multas
animas interficiens. Leuitus autem quidam secundum legem testimo
nium habens. & omne uerendum planta detens lumen de
plano. sic ad presidem dixit. Ille mortem habeat in sus
pecto optime presidum. cuius uita uenit in dubium. At
qui pro lege patrina sua paratus est usque ad gladium tradere
membra. illud ideo feraliter iudex exercet. quod sine cul
pa punit in sontem. Istas nobis futuras exurat nece
coronas. spiritus sanctus prophetali sermone ante predixit. Et ideo
quia predicta completa sunt. restat unum ut gladio uindice
transeamus ad celum. Cum bricius dixit. Non te tale ex in
prouiso in pegisse putabam. nec hoc mihi quos hodie com
placui promiserant dii. Sed interim aut illis secundum im
perialia iussa. aut parte hodie gratia sumens exem
plum. Leuitus dixit. Quid cum insania loqueris iudex.
& exfuria uerba confringis. Istis sermonibus non acco
modo sensum quicquid ut rabidus in pegis canis. sum
mam libenter deo fautore. Tu autem contempnens eum qui
te ex nichilo fecit deum. & demones adoras. substan
tiam tibi perditionis adquiris. Cum bricius dixit. Leuiteo eum
applicate. & membra eius penis subicite. Leuitus dixit.
Qui regnas in eternum deus. ostende huic insen
sato. quia cecus per tenebras offendit. deum his qui sunt irrati
onabiles sacrificant. Cum bricius dixit. Fortius eum torquete.
ut uanitatem uerborum compescat pena. & aliquid dicat
sapore conditum. Leuitus dixit. Verba mea ita sunt sapore
plena. ut ut tuam mentem precedant insulsam. Tu autem
ut sal infatuatum. per modicum regno priuatus mit
teris foras. ut conculceris ab hominibus. Idem dixit.
fessos iam tradidit labor tuus carnifices. iudex ap
plica altos. quia uides istos ex defectu uanas permi
tere manus. Cum bricius furens. dat sententiam dicens.
Leuitium qui magis ultroneum se obtulit gladio deum sacri
ficare noluit diis in mortalibus per quos mundus ipse.
& si iam fessus ut cumque tamen sustentatur. iubeo decol
lari. Leuitus. Dis gratias ago tibi. quia deuicto in terris dia
bolo. hodie uiderit oculi mei salutare tuum. Illi
autem cito eum deposuerunt. & duxerunt extra ciuitatem.
ad stadium unum. & ibi eum decollauerunt. Et cum preses
audisset iussionis sue obtemperationem duobus diebus
ibidem in cesariense ciuitate moratus est. sacrificans
diis falsis. Exeunte autem cum bricio ad portam quem dicitur he
lispontiaca. magnus athleta tyrsus. & continuo mar
futurus tenuit eum dicens. Aue karme preses. & pacienter
audi. quem ame ad te dicenda sunt. Cum bricius dixit. Aue
& tu amice deorum. & tocius uoluptatis doctor. alacri
te audiam animo. Tyrsus dixit. Unus & uerus deus excelsus.
precepit per paginam ueteris testamenti dicens. Dominum deum
tuum adorabis. & illi soli seruies. Si ergo soli seruire
precepit. quid istas uacuas & odibiles demonum cultu
ras precipitis excoli. & auero quod deus est. mentes nostras cu
pitis retorqueri. Cum bricius dixit. Quid ergo tibi uidetur tyrse.
in uanum currere celestia iussa. aut seductiones esse
deorum. inseruire cultus. Idem dixit. Noli blasphemare
deos. Tyrsus dixit. Noli blandiendo sensum tuum pertur
bare. ne incidas in mortem. Istos autem quos colis. sic in
utiles dico. ut nec male facere possint nec bene.
Cum bricius dixit. In multa audacia uidetur prosilire. que
inte deflenda irruit etas. Sed dici solet. Deiugo
descendit iudici reus. deum fronte pretua nescit ue
reri tribunal. Tyrsus dixit. Sic iudicis mei uereor
tribunal. ut omnes adorter adorter ad palatium concur
rere regis eterni. deum preconis fungor officio. Sed non
presentia me terret tua. Illud satago multum. si uox
mea inueniat aures suas. Cum bricius dixit. Multilo
quium didicisti. & blasphemare. Audi autem me.
& sacrifica cum sis paganus. & non incipias male mori.
Tyrsus dixit. Ergo cum bricio non multum loquor. neque sacrifi
co. sed timeo unum deum qui est in celis. qui dixit. dii qui celum
& terram non fecerunt. dispereant a terra. Si ergo disperdere eos iu
bet creator celi & terre. quomodo cum sis cecus. & alios cogis
ad mortem. Ergo scias me non multum loqui sed permanere
in ueritate. age quod uis. paratus sum enim mori pro ui